

adjutus; tamen et Bruti testimonio, (quo quid potest esse gravius?) et omnium prædicatione, quos postea vidi, magnam mihi videbatur gloriam consecutus. Hunc igitur ut sequerer, properavi, quem præsentibus non sunt secuti: non, ut proficerem aliquid (neque enim sperabam id, neque præstare poteram), sed, ut, si quid mihi humanitatis accidisset (multa autem impendere videbantur præter naturam fatum), hujus tamen diei vocem testem reipublicæ relinquerem meæ perpetuæ erga se voluntatis.

PARS SECUNDA.

11. Quoniam utriusque consilii causam, Patres conscripti, probatam vobis esse confido, prius quàm de republicâ dicere incipio, pauca querar de hesternâ M. Antonii injuriâ, cui sum amicus; idque nonnullo ejus officio debere esse præ me semper tulli. Quid tandem erat causæ, cur in senatum hesterno die tam acerbè cogerer? solusne aberam? an non sæpè minùs frequentes

sin embargo así por testimonio del mismo (que no le puede haber mas grave) como por los elogios de todos los que despues ví, me parecía que habia conseguido mucha gloria. Me di prisa pues, para seguir á este, á quien no siguieron los que estaban presentes: no porque aprovechase algo (porque esto ni lo esperaba, ni podia salir á ello) sino para que, si me sucediese algo, como á hombre, (muchos riesgos amenazaban al parecer, aun fuera de lo natural, y de la providencia ordinaria) quedase en lo que hoy diga un testigo á la república del perpetuo cariño, que la he tenido siempre.

PARTE SEGUNDA.

11. Por cuanto confio, Padres conscriptos que habreis aprobado la causa de una y otra resolucion, antes de comenzar á hablar acerca de la república, daré algunas quejas de la injuria que ayer me hizo M. Antonio, del cual soy amigo, y siempre llevé por delante que lo debia ser por alguna obligacion (11) que le tengo. Qué causa habia para precisarme ayer con tanto rigor á asistir al senado? ¿era yo solo el que faltaba? ¿no fuisteis muchas veces menos? ¿se trataba

fuisis? an ea res agebatur, ut etiam ægrotos deferri oporteret? Annibal, credo, erat ad portas, aut de Pyrrhi pace agebatur; ad quam causam etiam Appium illum et cæcum et senem delatum esse memoriæ proditum est. De supplicationibus referebatur; quo in genere senatores deesse non solent.

12. Coguntur enim non pignoribus, sed eorum, quorum de honore agitur, gratia: quod idem fit, cum de triumpho refertur. Ita sine curâ consules sunt, ut penè liberum sit senatori non adesse; qui cum mihi mos notus esset, cumque de viâ languerem, et mihi displicerem, nisi pro amicitia, qui hoc ediceret. At ille, vobis audientibus, cum fabris se domum meam venturum esse dixit: nimis iracundè hoc quidem, et valdè intemperanter. Cujus enim maleficii ista pœna est, ut dicere in hoc ordine auderet, se publicis operis disturbaturum publicè ex senatûs sententiâ ædificatam domum? quis autem unquam tanto damno senatorem coegit? aut quid est ultra pignus, aut mulctam? qui, si scisset, quam sententiam dicturus essem, remisisset aliquid

acaso de un negocio tal, que se debiesen traer hasta los enfermos? Sin duda que estaba Anibal á las puertas, ó se trataba de la paz de Pirro, para el qual negocio leemos que se trajo tambien á aquel Apio, sin embargo de estar ciego, y ser viejo. El asunto era sobre accion de gracias, que es de aquellos para que no suelen faltar los senadores?

12. Porque obligan á asistir, no las prendas, sino el deseo de favorecer á los sugetos, de cuya honra se trata: lo que sucede tambien quando se trata sobre algun triunfo. Tan sin cuidado están los cónsules, que casi está á arbitrio del senador asistir, ó no asistir. Sabiendo yo esta costumbre, y hallándome fatigado del camino, y disgustado conmigo mismo, le envié en fuerza de mi amistad un recado; eseusándome con esto. Mal él en vüestra presencia dijo que iria á mi casa con albañiles; habló ciertamente con demasiada ira, y sobradamente destemplado. Porque á qué delito se da este castigo, de atreverse á decir aqui que demoleria con los peones de la ciudad una casa edificada á sus espensas de acuerdo del senado? ¿Quién jamas obligó á concurrir á ningun senador á tanta costa? ¿ó qué hay para esto mas que prenda ó multa? y si él hubiera sabido qué dictámen habia yo de dar, á buen seguro que no hubiera estado tan riguroso para ha-

profecò de severitate cogendi.

13. An me censetis, Patres conscripti, quod vos inviti secuti estis, decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur? ut inexpiabiles religiones in rempublicam inducerentur? ut decernerentur supplicationes mortuo? Nihil dico cui. Fuerit ille L. Brutus, qui et ipse regio dominatu rempublicam liberavit, et ad similem virtutem et simile factum stirpem jam propè in quingentesimum annum propagavit, adduci tamen non possem, ut quemquam mortuum conjungerem cum immortalium religione; ut, cujus sepulcrum nusquam extet, ubi parentetur, ei publicè supplicetur. Ego verò eam sententiam dixissem, Patres conscripti, ut me adversus populum romanum, si quis accidisset gravior reipublicæ casus, si bellum, si morbus, si fames, facilè possem defendere: quæ partim jam sunt, partim timeo ne impendeant. Sed hoc ignoscant dii immortales velim et populo romano, qui id non probat, et huic ordini, qui decrevit invitus.

14. Quid de reliquis reipublicæ malis? licetne dicere? mihi verò licet, et semper

cerme assistir.

15. Acaso juzgais, Padres conscriptos, que yo habia de ser de parecer, como vosotros forzados lo fuisteis, de que se juntasen las honras funerales (12) con la accion de gracias? que se introdujesen en la república unas supersticiones (15), para las que no haya expiacion? que se decretasen acciones de gracias á un muerto? No digo nada de á quien. Fuese él aquel Lucio Bruto (14), que no solo libertó á la república de la potestad real, sino que estendió su descendencia hasta casi quinientos años para imitar el mismo valor y el mismo hecho; sin embargo no podria reducirme á dar á ningun muerto el culto de los dioses inmortales, á votar que se le hagan rogativas á uno que ni sepulcro tiene en que hacerle las honras funerales. En verdad que yo hubiera dado, Padres conscriptos un parecer, que me pudiese defender fácilmente con el pueblo Romano en caso que le viniese á la república algun desastre, guerra, peste, ó hambre: los cuales males parte ya se padecen (15), parte temo que amenazan. Mas quisiera que los dioses inmortales perdonaran esto, así al pueblo Romano, que no lo aprueba, como á este órden senatorio, que lo acordó contra su voluntad.

14. ¿Y qué diré de los demas males del estado? se ¿puede sobre esto hablar? mas yo sí que puedo, y

licebit, dignitatem tueri, mortem contem-
nere. Potestas modò veniendi in hunc lo-
cum sit; dicendi periculum non recuso. At-
que utinam, Patres conscripti, kalend. sex-
tilibus adesse potuissem! non quo profici
potuerit aliquid, sed, ne unus modò con-
sularis, quod tum accidit, dignus illo ho-
nore, dignus republicâ inveniretur. Quâ
quidem ex remagnum accipio dolorem, ho-
mines amplissimis populi romani benefi-
ciis usos L. Pisonem ducem optimæ senten-
tiæ non secutos. Ideircone nos populus ro-
manus consulares fecit, ut in altissimo,
amplissimoque gradu dignitatis locati rem-
publicam pro nihilo haberemus? Non modò
voce nemo L. Pisoni consularis, sed ne
vultu quidem assensus est.

15. Quænam (malum) est ista volun-
taria servitus? fuerit quædam necessaria:
nec ego hoc ab omnibus iis desidero, qui
sententiam loco consulari dicunt. Alia causa
est eorum, quorum silentio ignosco; alia
eorum, quorum vocem requiro: quos qui-
dem doleo in suspicionem populi romani
venire, non modo metûs, quod ipsum esset
turpe, sed alium aliâ de causâ deesse di-

siempre podré sostener mi dignidad, y despreciar la
muerte. Dejeseme venir á este puesto, y no rehuso el
peligro de hablar. Y ojalá, Padres conscriptos, que
hubiera podido asistir el primero de agosto! no por-
que se hubiera podido adelantar cosa alguna, sino pa-
ra que no sucediera lo que entonces sucedió, que uno
solo entre los que habian sido cónsules se hallase di-
gno de aquel honor, y digno de la república. De lo
cual ciertamente recibo un gran sentimiento, de que
unos sugetos, que han recibido del pueblo Romano las
mayores honras, no hayan seguido á Lucio Pison, au-
tor del mejor parecer. Para esto nos hizo cónsules el
pueblo Romano, para que colocados en el grado mas
alto y distinguido, no hiciesemos caso alguno del es-
tado? No solo no asintió ninguno de estos al parecer
de L. Pison de palabra, mas ni aun con el semblante.

15. Qué servidumbre (¡ mal pecado!) es esta volun-
taria? Enhorabuena que en algunos haya sido nece-
saria: ni yo pido esto á todos los del grado consular,
que dicen aqui su dictamen. Una cosa son aquellos, á
cuyo silencio perdono, y otra aquellos cuya voz echo
menos: los que siento á la verdad que se hagan sos-
pechosos al pueblo Romano, de que faltan á lo que pi-
de su dignidad; no por miedo, lo cual no deja de ser
vergonzoso, sino por otras causas, unos por una, y

gnitate suæ.

16. Quare primùm maximas gratias et habeo, et ago L. Pisoni, qui non, qui efficere posset in republicâ, cogitavit, sed, quid ipse facere deberet; deinde à vobis, Patres conscripti, peto, ut, etiam si sequi minus audebitis orationem, atque auctoritatem meam, benignè tamen me, ut fecistis adhuc, audiatis. Primùm igitur acta Cæsaris servanda censeo: non quod probem (quis enim id quidem potest?) sed, quia rationem habendam maximè arbitror pacis, et otii. Vellem adesset Antonius, modò sine advocatis. Sed, ut opinor, licet ei minus valere, quod mihi heri per illum non licebat. Doceret me, vel potiùs vos, Patres conscripti, quemadmodum ipse Cæsaris acta defenderet. An in commentariolis, et chirographis, et libellis se uno auctore prolatis, ac ne prolatis quidem, sed tantum modò dictis, acta Cæsaris firma erunt? quæ ille in æs incidit, in quo populi jussa, perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur?

17. Equidem sic existimo, nihil tam

otros por otra.

16. Por lo qual primeramente doy muchísimas gracias, y estoy sumamente agradecido á L. Pison, que no pensó en lo que él podia en la república, sino en lo que debía hacer: y despues os pido, Padres conscriptos que, aunque no os atrevais á seguir mi dictamen, sin embargo me oigais con benignidad, como lo habeis hecho hasta ahora. Primeramente, pues, soy de parecer de que se deben guardar los decretos de Cesar: no porque los apruebo (porque quién los puede aprobar)? sino porque soy de dictamen de que se atienda ante todas cosas á la paz y sosiego. Quisiera que se hallara aqui Antonio, como fuera sin padrinos. Mas, segun me parece, él puede estar indispuesto, lo que no queria ayer permitirme á mí. Diríame, ó por mejor decir, os diria á vosotros, Padres conscriptos, en que forma defendia él los acuerdos de Cesar. Por ventura tendrán firmeza los que solo se hallan en librejos de memoria, apuntamientos de su puño, memoriales presentados, y autorizados por él solo, y ni aun presentados, sino solo nombrados: y los que Cesar grabó en bronce, en que quiso que estuvieran los del pueblo, y las leyes perpetuas, esos no vald.án nada?

17. Yo por mí asi lo entiendo, que los principales

esse in actis Cæsaris, quam leges Cæsaris. An, si cui quid ille promisit, id erit fixum? quod idem facere non potuit, ut multis multa promissa non facerit, quæ tamen multò plura illo mortuo reperta sunt, quàm vivo beneficia per omnes annos tributa, et data. Sed ea non muto: non moveo: summo etiam studio præclara illius acta defendo: pecunia utinam ad Opis moneret, cruenta illa quidem, sed his temporibus, cum illis, quorum est, non redditur, necessaria; quamquam ea quoque sit effusa, si ita in actis fuit.

18. Ecquid est, quod tam propriè dici possit actum ejus, qui togatus in republica cum potestate imperioque versatus sit, quàm lex? quære acta Gracchi; leges Sempronie proferentur; quære Sullæ; Corneliæ. Quid? C. Pompeii tertius consulatus in quibus actis consistit? nempè in legibus. A. Cæsare ipso si quæreres, quidnam egisset in urbe, et togâ; leges multas responderet se et præclaras tulisse; chirographa verò aut mutaret, aut non daret, aut, si dedisset, non istas res in actis suis duceret. Sed ea ipsa concedo; quibusdam

decretos de Cesar son las leyes de Cesar. Acaso, si él prometió á alguno alguna cosa, esto ha de valer? cuando él mismo no pudo evitar el no hacer muchas promesas á muchos, las cuales con todo se hallaron muchas mas despues de su muerte, que las gracias concedidas y hechas en todos los años de su vida. Pero no altero nada en este punto: no toco á nada: aun defendiendo con el mayor empeño sus esclarecidos decretos: ojalá estuviera todavia el dinero (16) junto al templo de Opis, que, aunque ensangrentado, era necesario en estos tiempos, ya que no se vuelve á sus dueños: aunque enhorabuena que este tambien se haya desperdiciado, si asi lo decretó él.

18. Hay cosa, que tan propiamente se pueda llamar decreto de uno, que en paz tuvo en la república el poder y el mando de los ejércitos, como la ley? busca los decretos de Graco: te sacarán las leyes Sempronias: busca los de Sila, te sacarán las leyes Cornelianas. ¿Qué? ¿el tercer consulado de C. Pompeio á qué decretos se reduce? solo á las leyes. Si al mismo Cesar le preguntaras, qué habia hecho en la ciudad en tiempo de paz, te responderia que muchas y escelentes leyes: mas los membretes, ó los mudaria, ó no concederia lo que en ellos prometia, ó si lo concediese, no contaria esas cosas entre sus decretos. Pero aun esto concedo yo: y aun en algunas cosas condescien-

in rebus etiam conniveo; in maximis verò rebus, id est legibus, acta Cæsaris dissolvi, ferendum non puto.

19. Quæ lex melior, utilior, optimâ etiam republicâ sæpiùs flagitata, quam ne prætoris provinciæ plus quàm annum, neve plus, quàm biennium consulares, obtinerentur? Hæc lege sublatâ, videntur vobis acta Cæsaris servari? quid? eâ lege, quæ promulgata est de tertiâ decuriâ iudicum, nonne omnes iudiciariæ leges Cæsaris dissolvuntur? et vos acta Cæsaris defenditis, qui leges ejus evertitis? nisi fortè, si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis, et quamvis iniquum, et inutile sit, defendetur; quod ad populum centuriatis comitiis tulit, id in actis Cæsaris non habebitur.

20. At quæ est ista tertia decuria? Centurionum, inquit. Quid? isti ordini iudicatus lege Juliâ, etiam antè Pompeiâ, Aureliâ, non patebat? Census præfiniebatur, inquit; non Centurioni quidem solùm, sed equiti etiam romano. Itaque viri fortissimi, atque honestissimi, qui ordines duxerant, res et iudicant et iudicaverunt. Non

do: mas que en las de mayor importancia, esto es, en las leyes, se anulen los decretos de Cesar, eso no lo juzgo sufrible.

19. Qué ley mejor, mas util, mas deseada en la mejor república que la de que no tuviesen los gobiernos los pretores mas de un año, y los cónsules mas que dos? ¿Abrogada esta ley os parece que se conservan los decretos de Cesar? ¿y qué? con aquella (17) ley, que se promulgó acerca de la tercera decuria de jueces, no se destruyen todas las leyes judiciarias de Cesar? ¿y vosotros decis que defendeis los decretos de Cesar, cuando abolís sus leyes? sino que acaso se haya de contar por decreto suyo, si escribió alguna cosa en su libro de memoria para acordarse, y se ha de defender, por injusto é inutil, que sea: y lo que hizo establecer al pueblo congregado en centurias, eso no se ha de tener por decreto suyo.

20. ¿Mas qué viene á ser esta tercera Decuria? la de los centuriones, dice. ¿Pues qué á esos no se les admitia á la judicatura por la ley Julia, y aun antes por la de Pompeio, y por la de Aurelio? se señalaba la renta, dice: eso no solo al centurion, sino tambien al caballero Romano. Y asi son, y han sido jueces hombres de muchísimo esfuerzo y honradez, que fueron centuriones. No busco, dice, esos: cualquiera, que haya

quæro, inquit, istos; quicumque ordinem duxit, iudicet. At, si ferretis, quicumque equo meruisset, quod est laudatius, nemini probaretis; in iudice enim spectari et fortuna debet et dignitas. Non quæro, inquit, ista; addo etiam iudices manipulares ex legione Alaudarum, aliter enim nostri negant posse se salvos esse. O contumeliosum honorem iis, quos ad iudicandum nec opinantes vocatis! hic enim est legis index, ut ii in tertiâ decuriâ iudicent, qui liberè iudica non audeant; in quo quantus est error, dii immortales, eorum, qui istam legem excogitaverunt! ut enim quisque sordidissimus videbitur, ita libentissimè severitate iudicandi sordes suas eluet, laborabitque ut honestis decuriis potiùs dignus videatur, quàm in turpes iure coniectus.

21. Altera promulgata lex est, ut et de vi, et de maiestate damnati ad populum provocent si velint; hæc utrùm tandem lex est, an legum omnium dissolutio? quis enim est hodiè, cuius intersit istam legem venire? nemo reus est istis legibus; nemo quem futurum putemus; armis enim gesta

sido centurion, sea juez. Pues á fe, que si propusierais ley para que lo fuese cualquiera, que hubiese servido en la caballería, que es mas honor, á ninguno hallarais, que lo aprobase; porque en el juez se debe atender el estado y la dignidad. No busco, dice, eso; añado tambien por jueces á los alfereses de los manipulos de la legion de los Alaudas (18): porque de otra suerte dicen los nuestros que no pueden estar seguros. ¡O honor ignominioso para los que, sin ellos pensarlo, buscáis para jueces! ¡Porque lo que indica la ley es, que juzguen en la tercera decuria los que no se atrevan á juzgar libremente: en la cual cuan errados van, dioses inmortales, los que discurrieron esta ley! porque segun la indignidad de cada uno, asi será mayor el empeño de limpiar sus inmundicias con la severidad en el juzgar; y trabajará á fin de parecer antes digno de entrar en las decurias honradas, que echado con razon en las ignominiosas.

21. Otra ley se promulgó para que apelen al pueblo, si quieren, los que hayan sido condenados por delitos de violencia, y læsæ maiestatis. ¿Esta, pregunto, es ley, ó destruccion de todas las leyes? porque ¿quien hay hoy á quien importe que se observe? Ninguno es reo por esas leyes; ni pensamos que haya ninguno en lo sucesivo: porque lo que se hizo con las

nunquam profectò in iudicium vocabuntur. At res popularis. Utinam quidem vellet is aliquid esse populare; omnes enim jam cives de reipublicæ salute unâ et mente et voce consentiunt. Quæ est igitur ea cupiditas ejus legis ferendæ, quæ turpitudinem summam habeat, gratiam nullam? quid enim turpius, quàm, qui majestatem populi romani per vim minuerit, eum damnatum iudicio ad eam ipsam vim reverti, propter quam sit jure damnatus?

22. Sed quid plura de lege disputo? quasi verò id agatur, ut quisquam provocet; id agitur, id fertur, ne quis omninò unquam istis legibus reus fiat. Quis enim aut accusator tam amans reperietur, qui, reo condemnato, objicere se multitudini conductæ velit? aut iudex, qui reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur? Non igitur provocatio ista lege datur; sed duæ maximè salutares leges, quæstionesque tolluntur. Quid est aliud igitur, adhortari adolescentes, ut turbulenti, ut seditiosi, ut perniciosi cives velint esse? quam autem ad reipublicæ pestem furor tribunitius impelli non pote-

armas sin duda nunca se llevará á juicio. Mas es cosa del agrado del pueblo. Ojalá que este quisiera que hubiera siquiera algo del gusto de él; porque ya todos los ciudadanos piensan de una manera, y hablan en la misma conformidad sobre la salud del Estado. A qué pues esta ansia de hacer una ley, que encierra en sí suma infamia, y no tiene ninguna aceptación? porque ¿qué cosa mas deshonrosa, que el que ofendió la magestad del pueblo Romano con la violencia, despues de condenado en juicio, vuelva á aquella misma violencia por la que fué justamente condenado?

22. ¿Pero á qué fin decir mas sobre esta ley? como si se tratara de que alguno apelase: lo que se trata, lo que se propone, es que nunca ninguno sea acusado por esas leyes. ¿Porque ¿qué acusador se hallará tan loco, que quiera despues de condenado el reo esponerse á la furia de una multitud comprada? ¿ni qué juez, que se atreva á condenar al reo para verse llevar por fuerza al punto á poder de unos asesinos pagados? No se concede pues con esa ley la apelacion, sino que lo que se hace es quitar dos leyes y pesquisas, sumamente provechosas. ¿Pues esto qué otra cosa es, sino exhortar á los jóvenes, á que quieran ser seditiosos, alborotadores y perniciosos? ¿y cuan pestifero al Estado podrá ser el furor de los tribunos de la plebe, faltando estas dos leyes sobre los delitos de

rit, his duabus quæstionibus de vi, et de majestate sublatis?

23. Quid, quod abrogatur legibus Cæsaris, quæ jubent ei, qui de vi, itemque ei, qui majestatis damnatus sit, aquâ, et igni interdici? quibus cum provocatio datur nonne acta Cæsaris rescinduntur? Quæ quidem ego, Patres conscripti, qui illa nunquam probavi, ita conservandâ concordiæ causâ arbitratus sum, ut non modò, quas vivus Cæsar leges tulisset, in firmandas hoc tempore non putarem; sed ne illas quidem, quas post mortem Cæsaris proletas esse, et fixas videtis.

24. De exilio reducti à mortuo: civitas data non solùm singulis, sed nationibus, et provinciis universis à mortuo: immunitatibus infinitis sublata vectigalia à mortuo. Ergo hæc uno verum optimo auctore domo prolata defendimus: eas leges, quas ipse, nobis inspectantibus, recitavit, pronuntiavit tulit, quibus latis gloriabatur, iisque legibus rempublicam contineri putabat, de provinciis, de judiciis, eas inquam, Cæsaris leges nos, qui defendimus acta Cæsaris, avertendas putabimus?

fuerza, y læsæ majestatis?

25. ¿Y qué diremos al ver, que con esto se abrogan las leyes de Cesar, que mandan desterrar á los que han sido condenados por estos delitos? ¿Concediéndoles á estos apelacion al pueblo, no se anulan los decretos de Cesar? sobre los cuales á la verdad, Padres conscriptos, yo que nunca los aprobé, con todo he sido de parecer, por conservar la paz y concordia, de que no solo se debian conservar las leyes, que él hizo en vida; mas aun las que despues de su muerte veis sacadas y fijadas.

24. Del destierro han sido restituidos muchos por el difunto: no solo á particulares, sino á naciones, y provincias enteras, fué concedido el derecho de la ciudad por el difunto: con infinitas exenciones fueron quitados los tributos por el difunto. Con que todas estas cosas sacadas de los papeles del muerto, segun el dicho de un hombre muy de bien, las defendemos: ¿y las leyes, que el mismo Cesar á vuestra presencia leyó, pronunció y promulgó, de cuya promulgacion se gloriaba, y en las que pensaba él, que consistia el bien y la utilidad pública; estas leyes de Cesar, digo, sobre los gobiernos y juicios, hemos de pen-

25. Ac de iis tamen legibus, quæ promulgatæ sunt, saltem queri possumus; de iis, quæ jam latæ dicuntur, ne illud quidem sit, cur, aut ego, aut quisquam vestrum, Patres conscripti, bonis tribunis plebis, legis malas metuat: paratos habemus, qui intercedant: paratos, qui rempublicam religione defendant: vacui metu esse debemus. Quas tu mihi, inquit, intercessionem, quas religiones nominas? eas scilicet, quibus reipublicæ salus continetur. Negligimus ista, et nimis antiqua, et stulta ducimus: forum sepietur, omnes clauduntur aditus; armati in præsiidiis multis locis collocabuntur.

26. Quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit, et in æs incidi videbitis? cedo illa legitima: Consules populum jure rogaverunt (hoc enim à majoribus acceptum jus rogandi) populusque jure scivit: qui populus? isne, qui exclusus est? quo jure? an eo, quod vi, et armis omne sublatum

sar en abrogar nosotros, que defendemos los decretos de Cesar?

25. Y sin embargo de estas leyes, que se han promulgado, podemos á lo menos quejarnos: mas de las que se dice, que están ya hechas, ni aun esto pudimos: porque estas fueron hechas sin ninguna promulgacion antes de escribirse. Preguntan qué motivo hay, para que yo, ó cualquiera de vosotros, Padres conscriptos, tema las leyes malas, habiendo unos tribunos de la plebe buenos: tenemos aparejados sugetos, que se opongan; tenemos aparejados quienes con la religion defiendan la república: debemos estar sin miedo. ¿Con qué oposiciones me vienes tú? ¿qué religion es esa, que me dices? son las oposiciones y la religion, en que consiste el bien del estado. Ya no hacemos caso de eso; esas cosas son vejezes y necesidades: será cercada la plaza: se cerrarán todas las bocas-calles, y se apostará gente armada de guardia en muchos puestos.

26. ¿Y entonces qué? ¿lo que se hiciere en esta forma, eso será ley, y lo mandareis grabar en bronce? y donde están aquellas solemnidades; los cónsules lo propusieron al pueblo debidamente (porque este modo de proponer con arreglo á las leyes nos han dejado nuestros mayores) y el pueblo, usando de su derecho, lo decretó. ¿Qué pueblo, pregunto yo? ¿el que fué

est? Atque ego hæc dico de futuris, quod est amicorum, ante dicere ea, quæ vitari possunt; quæ si facta non erunt, refellitur oratio mea. Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum vobis: demonstro vitia; tollite: denuntio vim, arma; removete.

PARS TERCIA.

27. Irasci quidem vos mihi, Dolabella, pro republicâ dicenti non oportebat: quamquam te quidem id facturum non arbitror; novi enim facilitatem tuam. Collegam tuum aiunt in hæc suâ fortunâ, quæ bona ipsi videtur, mihi ne gravius quippiam dicam, avorum, et avunculi sui consulatum si imitaretur, fortunatior videretur: sed eum iracundum audio esse factum. Video autem, quàm sit odiosum habere eundem iratum, et armatum cum tanta præsertim gladio sit impunitas. Sed proponam jus, ut opinor, æquum; quod M. Antonium non

escluido? ¿con qué derecho? ¿acaso con el que la fuerza y las armas desterraron enteramente? Yo hablo en esto sobre las cosas futuras: que es propio de los agoreros el decir de antemano lo que se puede evitar, y en caso que no sucediese, vengo en que se me desmienta. Os hablo de leyes promulgadas, sobre las cuales estais á tiempo de hacer lo que os parezca: os muestro sus tachas; quitadlas: os anuncio fuerza, armas; alejadlas.

PARTE TERCERA.

27. No será razon, Dolabela, que tú te enojas conmigo, porque hablo á favor de la república: aunque de tí á la verdad no creo que lo bagas: porque conozco tu mansedumbre. De tu colega dicen, que en esa su fortuna, que á él le parece buena, y á mí, por no decir otra cosa peor, me parecería mas dichosa; si imitase á sus abuelos y tio en el consulado, dicen de él, digo, que se ha hecho iracundo. Veo cuan mala cosa es tener contra sí al que está armado, especialmente cuando es tan grande la impunidad de las espaldas. Pero propondré un partido á mi parecer justo; el cual no me parece que desechará M. Antonio. Si yo dijere alguna cosa sobre su vida y costumbres por